

men. Amicè Dominus suscepit aduersarium: & hic favore percussus, beneficijs agitatus, fulmine blandiminis ictus, conscientia facti commotus, & tanti flagitij reus, seipsum ibi suffocavit; quia patientiam Domini ferre non potuit.

Morifica sunt sicut patiens.

12. Obsecratum Ioseph, post mortem Patris Iacob, cum non amplius esset, in cuius gratiam possent sperare veniam; accesserunt fratres, dicentes: *Serui tui sumus: obsecramus, ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum.* Perpende, quam congruè, ne ulciscatur, iniuriarum obliuio exigatur à Principe: siquidem in illis plerumque idem est iniuriarum memoria profecti, ac iniurias persequi. Iuncta est igitur in Magnatibus cum memoria facultas vindictæ, & nubunt perpetuò instrumenta potestatis: quapropter ne se pro iniuria illata demonstrat vindicem; obsecrant, ut ipse amplectatur obliuionem: etenim vexationes dato tempore potentes ulciscuntur, ni obliuiscantur. *Ut obliuiscaris sceleris.* Hæc est vera condonatio, quandoquidem vel cicatricem punitionis abradit obliuio: igitur interdum cautè iniuriæ condonantur, verum prudentes sæculi nequaquam obliuiscuntur. *Cautè dixi:* quia filij huius sæculi fatuitatem iudicant iniurias in obliuione sepelire, licet assentiantur iuxta religionem condonari. E voluntate (dicunt) expellendas esse, ne subdolè accedat vindicta; at tamen non eliminandas à memoria, quia Christus uoluit nos esse religiosos, minime fatuos; ut sciat lædens se ex beneuolentia illæsum, quamuis tantæ dignationis indignum: sibi ignosci, sed agnosci; ne prudentiam arbitrans fatuam insensibilitatem, inculcet uolator crimen. Sit igitur à voluntate & animo condonatum, at in memoria maneat alta mente repositum. Hæcine uera fatuitas & frigida subtilitate charitas: unde Iosepho dicitur, *Ut obliuiscaris sceleris*, si condonaueris: quoniam proximus est iniuriarum vindictæ, qui proximus est memoria.

Gen. 50. 17. 18.

Potentis lesionis ni obliuiscantur, ulciscuntur.

Iniuriarum obliuio, est serua condonatio.

Præuimus est vindicta qui uexationum memorig.

Obliuiscere sunt obliuiscere

Iosua. 11. 48.

fert. Nec uerbum locutus est. *Diligis me plus his:* dumtaxat protulit. Ubi offensa? Nec memoria. Obliuione oblitus est sceleris summi, & ex animo dilecti, & dignati, & dignandi. Pertulit, condonauit: uerum nec condonationis sit memoria, ne in ipsa uenia inimici recoletur iniuria.

Cap. 21. 15. iniuria, nec memoria.

14. *Ut obliuiscaris sceleris:* quibus Iosephus bis dicit, *Nolite timere.* Et subdit Textus: *Consolatusque est eos, & blandè ac leniter est locutus.* Cur ergo timent, si experiuntur ita lenem? Bona uoluntate respondet iniuriæ, suauiloquio vexationi, beneficijs simulati: & timent benefactoris obsequium; quia bona uoluntas fratris potius uidebatur esse supplicium. Supplicium? Sanè, & molestum: siquidem nullum acris liuidæ & pessimæ uoluntati; quam demonstratio fidei amoris generosissimi. Sæuus hostis blandiendò lædit, & intimè pungit: unde timent fratrem ut æuuum hostem, quia hostis nequibat ita percutere odio, sicut ille pectora fratrum uulnerabat obsequio.

Ibid. v. 21.

Inimicus obsequium est supplicium.

15. Ut extra telorum iactum sit inexpugnabilis vindicta Principum, offensa pro opportunitate recrudescit in pectore: ac fulminis adinstar vexatores ut comprimat, intra nubes uersutæ ita latitat; ut insidiat ictus, antequam fulguris audiat strepitus. Dolorem calliditas vorat, ut bilem euomat. Aliter uultus, & aliter pectus: incunditas in facie, stimuli in corde. Spes sæpe proni in ultionem, premit & supprimit argentem amaritudinem: & fratres Iosephi quamuis rustici, timore concurtiuntur, dum illos consolatur & blandè loquitur; ne fortè lateat ignis iracundix sub larua beneuolentiæ: siquidem feminasse spinas vexationum, & non metere fructus lachrymarum; inuenire demonstrationes sanæ uoluntatis, quas non laborauit in agro pectus fides, sed perfidia cordis; uendere fratrem ut hostem, & hostem uidere fratrem; experiri summum familiaritatis obsequium, ubi numquam interfuit fraternitatis officium; amari gratis, & sepultis iniurijs; si inoffensò conficit nobilem laurum, in offensione namque patet supplicium: igitur suffocatur dominus, uulneratur gratijs, præcluditur beneficijs. Utilis interdem est ipsi iniuria pæsis. Dicit Ethnicus *Satyr. 8. v. 122.*

Interdum lateat ignis iracundie sub larua beneuolentiæ.

Hostis suffocatur dominus, uulneratur gratijs, præcluditur beneuolentiæ.

13. Iniuriarum profectò haud solum obliuiscendæ sunt uoluntate, uerum etiam obliuione. De quo Nos *Tom. 3. Tautolog. 7.* ad illud *Osee 1. 6. Obliuione obliuiscaris.* Obliuiscitur uoluntate, qui dolorem deponit generosè: obliuione uero obliuiscitur, qui nec indicat, quod læsus obliuiscatur. Multoties Dominus Petrum admonuit iniuriarum negotiationis inferendæ, nihil offensius illatæ. Ante lapsum prædicit, postquam iniuria facta, nihil de iniuria pro-

Tollas licet omne, Scutum gladiumque relinques Et iacula & galeam spoliatis arma super sunt.

Iuuen.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

SI DEDERIT MIHI PANEM AD VESCENDUM, & Vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum.

Genes. 28. 20.

EXPOSITIO LITTERÆ.

EN uotum Iacob, & totius simul miscellæ humanæ naturæ nonnumquam dicentis: *Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* Matth. 6. 31. Amor in uitam urget, acque in illius conservationem intendit. Cibo & potu quasi fonte nutritur, indumentis protegitur & conseruatur: ideoque præuuler huiusmodi sollicitudo, quandiu uitam transigerit homo: at uellim cura à prima Protoparentum transgressionis noxa. Audi Hilariu in sua *Genes. v. 161.*

Vestis est uel alius hominis sollicitudo.

Culpa comes sequitur, peccato obnoxia uita, Debilitat vires celo uentientia dona, Æthere demissus paulatim descendit ignis, Frigore peccati torpentia corda rigescunt: Cura cibi, uentrisque subibat, cura tegendæ Corporis, & sacrum subeant mortalia pectus.

Hilarij

Pro naturæ conditione rectè dicitur ratio huiusmodi providentiam, & in habitis œconomiam, ut notat Vener. Beda lib. 4. cap. 54. in *Lucam*, & Interlinealis Glossa in loc. *Matth. præf. Non labor & providentia damnatur, sed sollicitudo mentem suffocans.* Luculenter Prudentius in *Psychom. v. 677.*

Beda: Interlinij

Summa quies nil uelle super qua postulat usus Debitas, ut simplex alimonia, uelut & una Infirmos tegat, ac receret mediocriter artus, Expletumque modum nature ne trahat extra.

Prudentij

Hinc floridè Chrysolomus in *Proverb. 6. 6. Disce (ait) modum formice, ut exitis modum:* siquidem turpis hominibus huiusmodi anxietas, nihil nisi presentia cogitantibus, & terrestrium bonorum satigationibus. *Hec enim omnia (sine modo) Gentes inquirunt:* obijcit Christus ubi supr. in quas etiam insurgit uel Ethnicus *Satyr. 14. v. 316.*

Chrysolasti

Matthæ

Nullum Numen abest, si si prudentia, sed te Nos facimus Fortuna Deam, Mensura tamen que Sufficiat census, si quis me consulat, edam In quantum stis, atque fames, & frigora poscunt. Numquam aliud natura, aliud sapientia dicit.

Iuuenalij

Describit Seneca *Epist. 119. An parum habet, qui tantum non alget, non esurit, non sitit? Plus Iupiter non habet. Numquam parum est, quod satis est, numquam multum est, quod satis non est.*

Senecæ

2. Frugalitatem tam uictus, quam cultus optat dumtaxat Iacob, dicens: *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in uia per quam ego ambulo* (de huiusmodi stylo, quia ibi opportunius, agemus *Tom. 5. Tautolog. 2.*) *& dederit mihi panem ad uescendum, & Vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum.* Dialecto Hispan. *Como tenga que vestir, y que comer.* Sæpe iunguntur uel in alimentis legalis uictus & uelut, uti homini necessaria. Vide Modestianum in leg. *Cum quidam D. de Suppellect. leg.* Barthium *Aduersar. lib. 1. cap. 1.* & etiam Adrian. Turneb. *lib. 18. cap. 21.* Ad utrumque extenditur & iurè Iacobi uotum: quippequam permulti

Alimenta hinc gara cibis & uelut.

gaudent vacuo ventriculo, modò, Theaginis adinstar, in plateis Sybaritarum follicatis, holofericis vellibus oggrassentur celsiores Oromedonte. Alij verò, Philoxeni æmuli (de quo Aristoteles lib. 3. Ethic. cap. 11. & Gellius lib. 19. Noct. Attic. cap. 2.) amant pannosâ velle ligurire patrimonia.

Ludica va na gloria, et cæca gula.

Iuvenal.

Apophteg- ma. Erasim.

Mediocritas in rebus optima. Finis pro æstus

Mar. Vit.

An pudor prima nuda natus, vel extinguitur Alc. Vit.

Lucan.

Cyprian.

Non est gens vel barbara que non erubescat nuda.

Monstrante gula, cum septimus annus Transerit puro, nondum omni dente renato, Barbatos licet admoveas mille magistros, Hinc totidem, cupiet lauro canare paratu Semper, et à magna non degenerare culina.

Ait ubi supr. v. 11. Satyricus. Quapropter falsè Diogenes Cynicus, ut refert Laërtius in eius vita, & Erasimus Roterodam. lib. 3. Apophthegm. cuidam liguritori olim prædixit, & tunc ob commellationum expensas misero pauperi, conanti oleas dixit: Non ita canares, si canasses ita. Longè ergo à Iacobi frugalitate istiusmodi luxus & fastus, igitur quæritus magnus pietas cum sufficientia. Scylla sunt divitiæ, Carybdis paupertas. Medio tutissimâs ibis. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti sumus: Paulus ait 1. Tim. 6. 8. Non miracula Iacob intendit in eiusmodi voto, sed exercitium, quo degat, & induatur. Finis exponitur pro actione, seu medijs, quod frequenter apud Hebræos, Itai. 5. 1. 11. Laetitiam sempiterna super capita eorum: id est, corona, quæ gaudium parurit, uti dicemus num. 7. Vide quæ hic Tautolog. 4. in Exposit. lit. num. 33. & Tautolog. præc. num. 19. quo dissolvitur Pleonasmus.

3. Speciale enim cultum Deo vovet Iacob (ita placet Interpretibus, verum quæ mens eius in præfenti voto, videbimus infra à num. 23.) propter quæ expectat à Domino beneficia. De primo, scilicet, pans ad vescendum, egimus, Tautol. præced. modò de veste. Periodo deserviunt præfate expositiones, quippe distinctæ materiæ eadem phrasîs. In indumenta sollicitudo orta simul cum natura lapsa, ut observavimus supra n. 1. Hinc Primi parentes cognoscentes se esse nudus, fecerunt sibi perizoniam ex ficus folijs.

Iam mortale animal demum frigusque, calorque Aeria subiere vices, ac vestis egenos, Et se senserunt homines, sexuque latentes Erubescere suo, tacitis miserabile questu Fleatibus, umbrosa folijs nova tegmina, sicut Texunt consertis, post culpa mente receptum, Corpore velato demudatura pudorem.

Succinit Marius Victor lib. 1. Genesios v. 435. Alcimus Avitus lib. 2. v. 276. illustri enth. u. sialmo, & dignus Auctoris ingenio etiam accinit:

Tunc primum nudos (dubium quid dicere possim. Extinctus, natusve pudor) circumspicit artus, Erubuit proprie tunc mens sibi conscia culpa, Pugnavitque suis carnis lex indita membris.

Difficilis sententia de pudoris nativitate vel funere. Lucanus lib. 4. Bell. Pharsal. v. 231. & lib. 8. v. 249. & 678. canit:

— Prob dira pudoris Funeral! — Patimur ne pudoris Hoc vulnus? — O summi fata pudoris!

Arbitror tunc pudorem natum, sicut virtutem virginitalis & alia, igitur illo in statu haud habuissent, de quo pudorent. Non pudori est sexus, sed inordinatus morus. Omnia erant ad nulum voluntatis; & erubuerunt, eò quod nolentibus insurgerent, & in dominis servi revellent, excusso iugo rationis prævalente lege carnis, ut canunt præfati Vates sacri, Cyprianus quoque in sua Genes. v. 88. & Hilarius v. 159.

Ergo ubi nudatum propexit corpus uterque Cumque pudenda vident, scilicet frons ab umbrant, Stat reus et nudus, deiecto lumine, vestem Implorans, Dominumque fugit, vulnumque recondit.

Satis hæc, quippe obiter. Non est gens ita barbara, est nata in scopolis, nutrita lacte ferino, quæ nuda non erubescat. Vide Augustinum lib. 14. de Civ. Dei cap. 16. 17. & 18. Audi modò Pindar in Pysth. Od. 9.

Oculi sunt claves doctæ Persuasionis sacrorum amorum,

O Phæbe! et Dij, atque homines pariter

Pudore afficiuntur, si se palam dulcem in torum dent.

Corpus hominis glabrum: si nudum deforme, ut caput sine crine. Vestis igitur honestat, & decorat, quippe illi vestis, sicut

Pluma tegit volucres, ovibus sua lana decori est.

Canit Ovidius lib. 3. Metam. Fab. 2. De vestitu ergo nobis erit lemo, & similiter de nuditate, ut ad hoc argumentum expectantes exponantur Tautologia. Ezech. 16. 11. Ornamento. 2. Cor. 5. 3. Si tamen vestiti, non nudi inveniamur: Iob 24. 6. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes. & v. 10. Nudis et incidendum absque vestitu. Denique Mich. 3. 2. Violenter tollitis pelles desuper eis, et carnem eorum desuper ossibus eorum.

4. Multifariè accipitur tam vestitus, quam nuditas in Scriptura. Nudus sepe pro summa paupertate (quod alijs in locis exprimitur pallio), v. g. Egenus, et pauper: inops et pauper. quippe nuditas videtur ultima calamitas; quam patienter acquirit forte oculus humanus vel impudicus. Facilius potuit impudicitia (inhit Augustinus ubi supr. cap. 18.) non habere vincula prohibitiones, quam impudentia removere latibula secretitatis. Qui cor habet ita tyrannum, ut ocalis prætermittat alienam pudicitiam, præterbit fanè quamlibet aliam conditionis humanæ perpersionem. Ideo Iacob Labano persequenti dixit, Genes. 31. 42. Nisi Deus patris mei Abraham, et timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisset. Nudum; id est, omnino pauperem. Vadam spoliatus et nudus, Mich. 1. 8. q. d. pauperimus. Nudos spoliasti vestibus: Iob. 22. 6. nempe, pauperes: Etiam huiusmodi acceptio apud Poetas, & Oratores Plautus in Astar. Act. 1. Scen. 1. v. 89. ait:

Nudo abstrahere vestimenta iubes.

Nudo, scilicet, pauperi: quo etiam intritu Propertius lib. 2. Eleg. 26.

Certe isdem nudi pariter iactabimur oris, Me licet unda ferat, te modò terra tegat.

Iuvenalis ubi supr. v. 309. Dolia nudi non ardent Cynici: hoc est, pauperis Diogenis, Cicer. pro Flacc. inquit: Quoniam nudus te delectavorat, semper nudum esse voluisti. Eodem sensu Tacit. lib. 2. Annal. cap. 46. Sic qui malè vestitum et pannosum vidit (ait Seneca lib. 5. de Benef. cap. 13.) nudum se vidisset dicit. Unde Paulus 1. Cor. 4. 11. Nudi sumus: nimirum, lacera veste. Itai. 58. 7. Cum videris nudum, operi cum. Et Iacob. 2. 15. Si autem frater, aut soror nudi sunt. Hoc est velle indigna corpore humano. Nuditas ergo accipitur pro earentia naturalis ornatus, sensu quo priore Tom. Tautolog. 1. diximus de terra vacuitate, & inanitate. Nuda oratio dicitur, sine succo sententiarum: Nuda arbores, sine folijs & floribus: Nudum cælum, sine nubibus: Nudo cespice canare, sine mappis: Nuda arena, sine herbis: Nudi campi sine gramine: Nuda manus, id est, inermis: Nudum cor, sive pectus, sine mendatio. Sic alia.

5. Etiam nuditas dicitur de eo, qui sui ordinis statumve insignia non gerit, & pro more patrio procedit in publicum, vel qui palam procedit domestico ornatu: igitur alius habitus foris, alius domi in usu est, qui vestis humanior, dicitur à Petronio in Satyr. In Hispania turpe extra limen domus virum egredi sine pallio, semjanam sine venturo textili, vel sine theriostro, & infimæ notæ mulieres sine lodicula: quod optimè explicatur dialecto nostrâ: Està en cuerpo. Hic modus dicendi affinis Hebraico: etenim Exod. 21. 3. ubi de servo Hebræo: Cum quali veste intraverit (septimo anno) cum tali exeat. Hebr. Septuag. Chald. & Vatabl. Si cum corpore venerit, cum corpore suo exeat. Non quia nudus, sed sicut Nostrates dicunt: Si vino en cuerpo, salga en cuerpo. Hinc apud Antiquos indusium et pallium pro veste interiori, & exteriori: exteriores dicuntur induvie, & exuvie, quippe possunt removeri & assumi vestito corpore:

Induvia tua, atque uxoris exuvia, rosa.

Ait Plautus in Menæchm. Act. 1. Scen. 3. v. 9. & de exaltatione Vitellij Suetonius in eius vita, cap. 8. A militibus è cubiculo raptus ita ut erat in veste domestica, Imperator est consalsatus. Ad cuius discrimen Vestis forensis dicebatur, qui in publico utebantur Roman. ut dicit idem in Augusto, cap. 73. Vel quæ foris toga (ideo Gens togata vocantur à Virgilio, lib. 1. Æneid. v. 286.) domi verò synthetis, vestis brevis qua utebantur aliquibus scitis, maxime in Saturnalibus iuxta illud Martialis lib. 14. Epigram. 1.

Synthetibus dum gaudet eques, dominusque Senatus.

At turpe alia occasione synthetis è domo egredi: quare de Nerone Suetonius cap. 51. Circa cæcum, habitumque adeo pudendus, ut plerumque synthetisum indutus, ligato Tom. 11. Taut., Cæc 2

Pindar.

Ovid.

Ezech. 16: 11. 2. Cor. 5. 3. Iob. 24. 6. 10.

Nuditas pro paupertate. Augustin.

Genes.

Plaut.

Propert.

Iuven. Cicer.

Senec.

Acceptiones varie nude tati.

Nuditas pro habitu non urbano.

Exo. 1. Hebr. Sept. 2. Chald. 3. Vatabl.

Pind.

Quid vestis domestica, sintes, 10. 20. et vestis forensis.

Suetonia cir.

circa collum sudario, praterit in publicum. Quod quidem ad gentem popularem tantum. Ideo Tacitus de Orator. cap. 7. ait: Populus tunicatus. In sacra pagina horum habituum diversitas signatur per tunicam & pallium. Mich. 2. 8. & Matth. 5. 40. Clare constat ex Genes. 39. 12. ubi de Ioseph dicitur: Relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras. Hebr. Nudus fugit. Chrysothom. in Genes. Homil. 62. Nudum corporis vestibus, dicit: & Ambrosius lib. 2. de Iacob cap. 5. Fugit sine exteriore veste. Quo sensu Oedipus apud Senec. Act. 1. v. 30. Spoliatus ibo: inquit, & Ovidius lib. 2. Fastor. canit:

Ovid.

Romulus & frater, pastoralisque iuventus Solibus, & campo corpora nuda dabant.

Statim ergo explicat quomodo intelligenda sit nuditas, succineas: Longum erat armari.

Pariter igitur Statius lib. 9. Thebaid. v. 700.

Stat.

— Ast ubi pugna

Cassia anibela cadet resoluta vertice nudus Exoritur, tunc dulces coma radiisque micantes.

1. Reg. Nuditas pro veste non congrua dignitatis. Hui.

6 His, desiderantur plura testimonia Sacra Scripturae 1. Reg. 19. 24. de Saule dicitur: Spoliavit etiam ipse se vestimentis suis: & cecidit nudus tota die illa & nocte. Nudus, idest, sine regis insignibus, uti ceteri Prophetarum. Ita David, 2. Reg. 6. 20. quia vestes regias non ferebat, sed accinctus erat ephod lino, veste brevi, & apta, ut ad numeros saltaret, obicitur a Michol: Hodie Rex Israel discipulorum se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur unus de scurris. Ita nudus dicitur populus Israel, Exod. 32. 25. Idest, sine veste longa: siquidem brevi usi, ut choreas coram virulo agerent sine obice. Nudus proccisit Huias, cap. 20. 2. quia sine extimo indumento, quod frequenter portabatur more patrio: non omnino nudus, ut aliqui inepte cogitant. Ideo dicitur idem. Solve saccum de lumbis tuis: hoc est, amictum prophetalem. Hispan. Sobre todo, apud Romanos vel penulam, vel lacernam: quam superinduebant, ut togam immaculatam servarent in publico, quod quidem verum Augustus ut ait Suetonius in eius vita cap. 41. Negotium adhibus dedit, ne quem paterentur in foro, circum, nisi positus lacernis, rogatum consistere. Quo intelligitur illud Ioann. 2. 1. 7. de Petro: Tunica succinxit se: erat enim nudus. Idem, ut Graecus legit. Ependyten, sine extimo cultu, seu pallio. Quo sensu exponitur illud Marc. 14. 51. Adolescens quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum: at ille reiecta sindone nudus profugit ab eis.

Parum pro nihil.

Actio pro fine actionis, ab statu, vel ab effectu.

R. Paral.

Deuter. Hebr.

Iob. 24. 7. Nudus pro paupere.

Indumenta pro lectissimis.

7 Ita enim exponuntur huiusmodi testimonia, quia parum pro nihilo habetur, uti late egimus hic Tautolog. 7. in Exposit. litter. num. 31. Nilus vocatur sicus apud Huias, 19. 5. idest, tenui aqua & exigua. Etiam quia actio ipsa multoties exponitur pro fine actionis, ab statu, vel ab eo quod ex actione provenit. Huias, 47. 2. Tolle molam & mole farinam: pro Mole grana, & fac farinam, quod effectus ex actu molendi. Ibid. cap. 44. 15. Coxit panes. Hoc est, coxit massam, ex qua igne fovente panes fiunt. Iob 45. 12. Halitus eius prunas ardere facit: nimirum ex carbonibus halitu ignivomo facit prunas Daniel. 2. 21. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam: nempe, insipientibus, ut sapientes fiant. Osee 2. 3. Ne forte spoliem eam nudam: puta ne forte spoliatam vestibus, ostendam eam nudam. Eadem significatione Iob. 22. 6. Nudos spoliasti vestibus. 2. Reg. 10. 4. Praescidit vestes eorum medias usque ad nates: videlicet, praescidit ne vellum usque ad nates, fecit medias, sicuti dicitur 1. Paralip. 19. 4. Praescidit tunicas eorum à natiibus usque ad pedes. Frequens phraasis apud Hebraeos: quare Deuter. 17. 6. ubi: In ore duorum, aut trium testium peribit qui interficietur: legit Hebr. Peribit mortuus.

8 Modò ad Tautologias. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes. Facilis expositio, si intelligas iuxta dicta pauperes, ubi Nudos: q. d. Pauperes dimittunt homines, quia ab eis indumenta tollunt; siquidem nemo magis pauper, quam qui non habet vestem. Idem v. 10. Nudis, & incenditibus absque vestitu: nempe, ita pauperes, ut sine veste incendant; vel ita lacerati, quòd iure nudi vocentur. Nudi: sic vocati à fine actionis, quippe veste sublatà, necesse est, quòd nudi procedant.

9 Aliter interpretari possumus, pro indumentis accipiendo lectissima, vel stragula. Tyranni ita vexabant pauperes, ut non solum vestes surriperent, vel raperent; sed etiam, quod inhumanum, lodesces, seu lectuli miseri tegumenta, quibus cubabant, subtraherent, vel vi, vel specie debiti. Hispan. Hasta las mantas de la cama. Pauc ex contextu: igitur subditur: Indumenta tollentes, quibus non est operimentum in fri-

frigore: quos imbres montium rigant, & non habentes velamen, amplexantur lapides, & cap. 22. 6. Absulisti enim pignus fratrum tuorum, nudos spoliasti vestibus. Idem, ut nudi dormiant, siquidem nudà terrà cubant, & super rigentes lapides, quia non habent nec indumenta, nec stragula. Attestantur cogitationi Versiones. Pagnin. legit: Nudum pernoctare fecerunt pauperem. Complutens. Sapienter sine vestibus. & Arabic. Pernoctat nudus absque vestimentis, nec est vestimentum cum frigore. Quo intelliges illud Toren. 4. 5. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea. Idem, qui cubabant in lectulis discoloribus, & delicatis, dormiebant vel subdido, vel in simeto. Hispanice: En un pajaro.

Pagnin. Complura

Torem.

Summa tyrannii, atque fere lectulis regum, Senec.

Deuter.

Mer. Vid.

Illustre pro pudore, fere facinus.

Qui olim veniebant, nunc dabantur.

Claudian.

Sueton.

Marc. Sec. nec.

Ezech.

Nuditas pro servitute.

Vestes foras, dice serois, maxime vendendis.

10 Videor mihi videre expressam tyransidem, & pectora faxea, ac tigrum late nutrita, quasi inopes, & debitores, are alieno gravati essent quasi ex alia carne & corio. Quam longe ab humanitate huiusmodi cogitatio! Quem servum vocas (ait Senec. Epist. 47.) Ex istdem seminibus ortum, eodem frui ceto, aequi spirare, aequè vivere, aequè mori. Tam tu illum ingenium videre potes, quam ille te servum. Aliquid saepe à divitibus mutuum accipiunt, & non habentibus unde reddant, illi etiam in indigentia auferunt: vel si dederunt ut pignus, cubitum minime reddunt. Quod praecaveat lege Deus, & Exod. 22. 26. & Deuter. 24. 10. ubi: Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, ut pignus auferas; sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante Solis occasum, ut dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo. Aliter iacebunt super nudam humum, unde licet in tenebris rubore suffundentur.

— Iam miseros mortales paventes

Mortis imago iuvet, silvas, umbrosaque iustra Obtendunt, vane solatia falsa latebra.

Accinit Marius Victor ubi supr. lib. 1. v. 445. Altruitur igitur illà celebri tragedià Leonore Saa, coniugis Francisci Faria, quae spoliata à Barbaris, interea temporis quo vir absuit ut quaereret vidum & uxori & filijs (quos cogitavit occidere, ne perirent dira fame) pube tenus sese vivam sepelivit in arena, & Ieliquum corpus oculis solutà comà, scribens: Ita moritur pudica. Hoc igitur sensu exponit, variaeque eruditione illustrat Pineda (quem videtis) illud Iob 24. 8. Non habentes velamen, amplexantur lapides.

11 Aliter potest demonstrari huiusmodi Potentum inhumanitas. Mors erat, ut qui venirent; à mangonibus nudarentur, quia ex vegeto, vel infirmo corpore magna vel exigua pretia. Claudian. lib. 1. in Eutrop. v. 35.

Nudatus quoties mendicium dum consulit emptor. Nequa per occultum lateat iactura dolorem, Omnes penituit pretij, venumque recidat, Dum venditi potuit.

Vide Barnab. Beissonium lib. 6. Formul. Iacob. Durantium Variar. lib. 1. cap. 11. & Casp. Barth. in loc. praef. Claudiani: qui mos hodie valet apud Turcas & Agarenos. Rome etiam olim vel dum feminæ venirent. Unde Suetonius obijcit Augusto cap. 69. Matresfamilias, & adultas atate virgines denudarent, atque perspicerent tantquam Thoran mangone vendente: Marcus Seneca lib. 1. Controv. 2. de virgine capta à piratis ait: Nuda in litore stetit ad fastidium emptoris: omnes partes corporis & inspecta & contractata sunt. Ad quem morem videtur alludere illud Domini apud Ezechiel. 16. à nam. 7. alloquentis Ierusalem sub metaphora ancillae emptitiae venditae gentibus. Grandis effecta & ingressa es, & pervenisti ad mundum muliebrem, aberra tua intamuerunt, & pilus tuus genuitavit, & eras nuda & confusione plena. Et transivi per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium, & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Etiam mitans captivitatem, qua venalis exponenda, Huias. 3. 17. Decalabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Altruemus Tautolog. seq. num. 6. est hic aliqui aliquid sonare obsecrum arbitrentur, & non abs re, licet per Hypocalsimum, five decoram periphrasim, ut late dileximus Tautolog. 8. in Exposit. litter. num. 8. Ita intelligitur: Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes: quippe crudelitate, qui eorum domini, indumenta tollentes ut venundentur, dimittunt nudos; vel ita cunctulà & lacerà veste, (de qua Tacitus Annal. lib. 13. cap. 25. & in Satyr. Petronius) ut potius sit meroris, quam

quam operimentum carnis : veltimenta enim ferdida dabantur fervis venalibus , vel morti devotis , ut diximus hic Tautolog. 4. in Expofit. litter. n. 41.

Mich. 3. 2.

12 Eleganti ftulo iftufcemodi tyrannidem explicat Michaeas. Violenter (ait) tollitis pelles eorum defuper eis , & carnem eorum defuper ofibus eorum.

Virgil.

Tergora diripunt coflis , & vifcera nudant.

Canit Virgilius lib. 1. Aeneid. v. 215. Caro & cutis dicuntur veltes. Seneca Epift. 92. ait: Quod de veltte dixi , idem de corpore me exiftima dicere : nam hoc quoque natura ut quamdam velttem animo circumdedit , veltamentum eius efl. Et ut vidimus fupr. num. 5. ubi Vulgat. Veltis , Septuaginta. & alij legunt : Corpus. Caro dicitur veltis interior , cutis exterior : & tyranni non tantum exteriora , fed etiam interiora diripiunt. Unde cum aliquis fortunis fpoliatur , Hifpan. dicitur : Quedd en los bueffos. Pulchra metaphora : equidem per pellem , quae quafi exterior veltis , frequenter intelliguntur facultates. Unde Martialis lib. 7. Epigram. 9.

Martial.

Quid ad te , De cute quid faciat ille vel ille fua?

Eproideft Veltis alim ex pellibus.

Eriam in Sacris Job. 2. 4. Pellem pro pelle , & cuncta quae habet homo dabit pro anima fua. Ly & pro Ideft , ut fape vidimus. Pellem , hoc efl , cuncta quae habet homo , dabit pro pelle propria , nempe vitā. Sic etiam Profani , & quia ofim veltis etiam decora ex pellibus , uti ait Iuvenalis Satyr. 14. v. 189.

Iuvenal.

Quem non pudet alto Per glaciem perone tegi , qui fummovet Euros Pellibus inverfis.

Virgilius lib. 1. Aeneid. v. 326. de Nimpha Veneris , & lib. 11. v. 576. de Camilla

Virgil.

Vidiftis fi quam hic errantem forte fororum Succinctam pharetra , & maculofe tegmine lyncei: Pro crinali auro , pro longo tegmine palla Tigridis exvota per dorsum a vertice pendens.

Eadem lib. 5. v. 37. & lib. 8. v. 460. Statius lib. 4. Thebaid. v. 154.

Stat.

Flavent capiti , tergoque leonum Exuvia , gentilis honor.

Ovidius lib. 1. Metamorph. Fabul. 9. de Daphe canit:

Ovid.

Silvarum latebris , captivarumque ferarum Exvovij gaudens , inuptaque amula Phaebe: Valerius Flaccus lib. 6. Argonaut. v. 706.

Val. Flacc.

Perque levem , & multo maculat am murice tigrim Concita cuspis abit , fubito ex ore cruores Saucia tigris hiat , vitamque effundit berilem.

Denique Propertius lib. 4. Eleg. 1.

Propert.

Curia , pratexto quae nunc nitet alta Senatu , Pellitos habuit rufica corda patres.

Pecunia a pecore. Auguft.

Et quia pecunia , cui obediunt omnia , dicta a pecore. Totum quod homines in terra habent , & quorum domini funt , pecunia dicitur : quia Antiqui quod habebant in pecoribus habebant : inquit Auguftinus lib. 1. de Doctrin. Chrifti , cap. 3. Ita etiam Seneca lib. 5. de Benefic. cap. 14. Plin. lib. 33. cap. 3. Plutarch. in Publicol. Cicero de Finib. & alij pafsim.

Caro & pecunia pro facultatibus. Hierem.

13 Caro igitur etiam fignificat facultates , five alimenta quibus nutritur caro , quod novum vel in Scriptura non efl. Hierem. 50. 17. Grex difperfus Ifrael : leones ciccant eum. Primus comedit eum Rex Affur : ifte noviffimus exoffavit eum Nabuchodonofor. Ezechiel. 37. 4. de miferis & famelicis Ifraeliticis dicit : Offa arida. Alia testimonia altruemus num. feq. Principes paffores funt , oves fubditi : quapropter , cum terrena omnia funt quaedam corporis indumenta , ut ait Gregor. Magn. Homil. 32. in Evang. apte Propheta dicit Superiores tollere a fubditis pelles & carnem , quia facultates eorum auferant , ita ut non haberent corpora nec cibaria , nec tegumenta. Iccirco Chald. hic legit: Violenter populi facultates ab eo rapientes , pecuniamque ab eo pretiofam ab ipfis tollentes. Offa nuda reliquit avaritia infatiabilis : quo ftulo exprimitur rei extenuitas , & miferia. Virgilius Bucol. Eclog. 3. v. 102. Agni vix ofibus harent. Plautus in Aulinar. Offa atque pellis totus , & in Capitulo. Offa atque pellis fum mifer. Lucret. lib. 6. Pellis fuper ofibus una.

Virgil. Plauton. Lucret.

Veruacule : Sin fubftantia.

14 Pro quo sciendam facultates fubftantiam appellari , quafi eflent nutrimentum , quod convertitur in fubftantiam aliti. Luc. 15. 12. Da mihi portionem fubftantiae , quae me contingit , & divifti illi fubftantiam. Idem v. 14. Quo intelliges plura Scripturae testimonia. Luc. 19. 8. Si quid aliquem defraudavi : quafi idem Quis & Quid. 2. Cor. 11. 20. Sufficit enim fi quis vos in fervitutem redigit , fi quis decorat. Pfalm. 9. divif. v. 9. Inftidiat , ut rapiat pauperem. Idelt , fubftantiam eius. Job. 5. 5. Ipsum rapiet armatus : ipfam pro facultatibus eius. 2. Reg. 2. 12. Voluit Saul percutere eos zelo. Eos , idelt , furripere eis terram datam a Iofue. Luc. 1. 66. Quis (pro Quid) putas puer ifte erit? & Ioanna. 1. 9. Tu quis es? Irtiam apud Profanos. Plaut. in Prolog. Trucul. v. 21.

Cur facultas est appellatur fubftantia?

Poffeffor pro poffeffiva

Plaut.

Is cum anima ad eam habentiam. Anima pro pecunia , ut obtervant hic Iulius Scalig. Dionyfius Lambinus Fridericus & Taubmannus : & in Perf. Act. 4. Scen. 3. v. 4.

Argento vicit : nihil guffabit denuo. Ovidius Horoidum Epift. 1. v. 89.

Idem.

Inque fua regnant , nullis prohibentibus , aula: Vifcera noftra tua dilacerantur opes Atque alios referam : Quos omnes turpiter abfens Ipfe tuo partis fanguine rebus alis.

Ovid.

Ita illud Terentij: Guffavi de fene : idelt , de fenis argento. Et Virgilij: Ardet Ucalogon pro Ucalogonif doino. Ita igitur Lucanus lib. 9. v. 364. Auruai vocat Kobur , quafi quae homines poffident , eflent eorum fubftantia. Hanc ergo tyranni , & non paffores , haud fuviter , mulgendo lac , & veltera tollendo opportuno tempore ; fed violenter fibi trahabant : quippe quum cum veltiere diripiebant pellem , & poft pellem vifcera : ita ut nihil haberent fubditi , quod fpolium non efllet pafforum , qua vexatione oves moriebantur fine pelle & fine carne. Ideo additur Defuper eis , & Defuper ofibus : quod vivide Vulgo dicitur. De arriha abaxa los defuellan , y los vebren en canal. Ni intelligere veltis Defuper de pelle , quia quafi indumentum fuper carnes : de carne vero , quafi tegmen fuper olla , ut dicit Job 10. 11. Pelle & carnis veltis me.

Terent.

In tribuit non omnia exigenda.

15 Etiam poceft Defuper , vel Super intelligi pro Iuxta , uti diximus Tom. 1. Tautol. 1. in Expofit. litter. num. 15. quippe quum pellis iuxta carnem , & caro iuxta olla , ut omnino fubditi exponerentur contumpti. Hinc v. feq. dicitur : Comederunt carnem populi mei , & pellem eorum defuper exortaverunt. Qua acceptione clarebit difficile testimonium , quod negotium facelit Interpretibus. Inter alia clenodia (de quibus num. 20.) quibus fibi Deus deponavit Synagogam , numeratur apud Ezechielem cap. 16. 12. Dedi in aurem fuper os tuum. Hebr. Super nafum tuum. Sic Genef. 24. 47. Inaves ad ornatum faciem eius : etiam legitur Pofuit inaves fuper nafum eius. Verum quomodo inaves ornamenta nafi? An ficut Barbarae in India feminae & etiam viri (de quibus late Bilibaldus Strobaxus in 12. partibus Indiae Orientalis , & Hieronymus Bezonus in 12. part. Occidentalis) rupta medla cartilagine nafi , genit & labijs , circulos aureos in ornatum inferentes? Abfit : quandoquidem pro fuma fecdirate & faciei dedecore dicitur Prov. 11. 22. Circulus aureus in naribus fuis , mulier pulchra & fatua. Hieronym. loc. cit. Ezechielis fubdit: Hufque hodie inter caetera ornamenta mulierum folent aures circuli in os ex fronte pendere & inominere naribus. Unde non ornatus narium , fed frontis efl in perpendiculo nafi , ficut Africanae feminae geltant Lunulas , quod Ifaia 3. 21. dicit : Gemmas in fronte pendentes. Quare ornamentum verfus nafum frontis efl : idco a Hieronymo proferuntur Naribus inominere : fiquidem Lunula verfus caelum , feu verticem capitis , gemmae vero verfus nafum medla pendentes a fronte. Ita igitur Villalp. & alij interpretantur: maxime cum diftincte hic defcribantur ornatus narium , & aurium : igitur fubditur : Dedi in aurem fuper os tuum , & circulos auribus tuis. Si circulus auris efl , inauris erit ornamentum frontis. Hoc Graeco: Catachrefis , illud Epirrhinon: quafi difcreta ornamenta. Doctiffima fane expofitio , fed horum venia aliter cogitabo.

Desuper pro Circa.

Ezech. G def. Hebr.

Inter ornamenta feminae narum aureus circulus in fronte. Hieron.

Ita

16 Super in Scriptura interdum fignificat Iuxta , vel Circa. Pfalm. 136. 2. Super flumina Babylonis ibi fedimus , & flevimus. Hoc efl , Iuxta: Ifai. 6. 2. Seraphim ftabant fuper illud : nempe , iuxta illud. Ita Exod. 16. 3. Sedebamus fuper ollas carnis. Zachar. 4. 2. Lampas eius fuper caput eius. Vide alia testimonia loc. cit. Pariter in praefenti. Dedi in aurem fuper os tuum : idelt , iuxta faciem tuam , fumpto ore pro facie , ut commune efl tam Sacris , quam Profanis , de quo alibi. Ita Septuaginta ut referet Villalpand. legunt. Dedi in aurem circa naves tuas. Quapropter Genef. 24. 47. ubi eadem Hebraica phrafis , ut di-

Super pro luxta.

Or pro toto facie Septuag.

ximus num. antecedit, vertit Hieronym. Suspendi in aures ad ornandam faciem eius. Haud quia in aures sint faciei, sed quia pendent ex auribus, quae iuxta faciem, & quia sunt in auribus, dicuntur in aures. Si dixeris, Quale ergo discrimen erit inter in aurem super os, & circum auris? Respondeo: Nullum. Mos est in Scriptura iterare secundam periodo quod dicitur prima. Unde illud & idem est, ac Idem: ut Lepi altroximus in Prolog. Galat. 8.4. num. 13. Tom. 1. Tautolog. 6. in Expofit. litter. late a num. 37. & hic Tautolog. 2. num. 6. & 11. Tautolog. 6. num. 32. & 8. num. 13. Quae expofitio vocatur Exergasia. Quapropter sensus auctoritatis erit: Dedi in aurem super os tuam, & (idest) circulos auribus tuis. Pater ex ipso contextu. V. 11. dicitur: Dedi armillas in manibus tuis. Non in manibus, sed in carpis, quos Nos: Manecas. Ideoque dicitur In manibus, quia carpi manus principium, & brachij extremum. Vel Dedi in aures super os tuum: idest, super ora aurium tuarum, quae quidem perforantur, ut circuli interferantur, ex quorum fibulis gemmae, margaritae, aut pretiosae carunculae pendeant. Accipe cogitata, si placuerint.

Et prodest

In proluxta.

Or pro quolibet foramine, vel orificio.

Vestis pro cultu & ornatu.

Ovid.

Virgil.

Isidor. Cicer.

Vestis acceptio: vestis in dicitur. Vestis in dicitur. Vestis in dicitur.

Seneca.

Virgil. Vestis pro barba.

Defectio primae barbae apud Romanos celebris.

Sueton. Prima barbae aetatis flos.

Virgil.

Claud.

Pacuv. Calphurn. Sereu.

Flectamus ergo cursum in Tautologiae propositum. Vestis metaphoricè sumitur pro omni rei cultu & ornatu. Hinc Ovidius 3. Amor.

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus, Et sine fronde frutex, & sine crine capus.

Virgilius lib. 1. Georgic. v. 187. & lib. 4. v. 142.

Contemplator item, cum se nux plurima slois: Iduat in flores, & ramos curvis olentis. Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos Induerat, totidem autumno matura tenebat.

Eandem phrasem invenies apud Collumellam lib. 4. cap. 24. Isidorus lib. 17. Etymolog. cap. 7. Amygdalus cunctis arboribus prior se flore vestit. Cicer. de Finib. lib. 2. Induere cognomen familiae: pro sumere, vel assumere. Eodem sensu Aul. Gellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 19. Induere animum. Ita induere personam iudicis, insidiatoris, advocati, &c. Quae metaphora extenditur etiam ad barbam, qua facies virorum vestiuntur & decorantur. Itecirò, ut notat Servius in 7. Aeneid. Investes dicebantur imberbes. Statius lib. 5. Thebaid. v. 70. Nudus usque genas. Apuleius lib. 5. Metam. Cupidinem vocat Invessem. & in Apolog. de puerulo dicit: In vestem a nobis accepisti, vesticipem illi reddidisti. Tertullian. de Anima, cap. 56. Obijt infans sub uberum fontibus, puta nunc puer investis, nunc vesticeps. Seneca in Hercul. Oeteo, Act. 1. v. 212.

Potui ne tuam spectare necem, Nondum teneras vestitis genas.

Virgilius lib. 8. Aeneid. v. 659.

Aurea casaries ollis, atque aurea vestis.

Vestis, idest, barba. Quapropter prima barba (cuius depositio apud Romanos celebris. Unde Suetonius in Caligul. cap. 10. Uno atque eodem die togam sumpsit, barbamque posuit, sine ullo honore. Qualem, describit in Neron. cap. 12. Barbam primam posuit, condiditque in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis ornata. Iovi Capitolino consecravit. Ni Dijs sacretur, plerumque servabatur a cæminis sanguine Principi proximioribus. Hinc locus proprius Neronis, quem refert idem ibid. cap. 34. Iuxta patricio matris avitæ necem. Quam cum ex divitiis aloi cubantem videret, & illa traicans lanigin m eius, ut affolet, iam grandis natu, per blanditias forte dixisset: Simul hanc excepero, inori volo: Converteris ad proximos, confestim se positurum velut irridens, ait.) dicebatur flos. Virgilius lib. 8. v. 160.

Tunc mihi prima genas vestibat flore iuventa.

Claudianus de Consulatu. Probini & Olybrii v. 70.

Ante genas dulces, quam flos juveniles inumbret: Oraque ridenti lanugine vestiat etas.

Pacuvius in Tragœd. Atalant. Calphurnius Elog. 2. & Serenus Sammonicus in Paneg.

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

Quoties mollissima tango

Ora manu, primique sequor vestigia floris,

Mobilis bisfutas horret lasciva fetas,

Et gaudet raptò nudari flore pilorum.

Lucretius lib. 5. de Rer. natur. v. 145. & Martialis lib. 2. Epigr. 612

Oct.

Occipit & molli vestit lanugine malas.

Cum mihi vernarent dubia lanugine mala.

Eadem lib. 1. Epigr. 32. 9. 37. 10. 42. legesque apud Pindarum Olymp. 1. & Homerum Iliad. 13. & Odys. 11. Hinc nomen Primpilii, idest, Centurionis primæ cohortis, iuventutis, epeborum, puberum, seu primæ barbæ. Haud sic intelligas illud Vestimentum ad induendum, quasi iacob optaret ad statum pubertatis pervenire, seu in virilem ætatem: quippe cum dimilius fuit à patre in Mesopotamiam, surrepta benedictione, septuagelimum septimum annum agebat. Ita astruunt Eusebius lib. 9. Prepar. Evange. cap. 4. Abulens. hic quest. 1. Pereris in Prefat. & Alapide. Hæc enim ætas non erat inventa nisi ante diluvium. Solum igitur vestem propriè petit, quo corpus, uti decet, tegatur.

18 In sacris verò, Vestis significat gratiam. Quia de re loannes in Apocalypf. 16. 15. Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Pro confirmatione gratiæ, Luc. 24. 49. Vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Etiam pro gloria, Marc. 16. 15. Apocalypf. 6. 11. 7. 9. 13. & 15. 5. Corpus etiam dicitur vestis, quia ofcium vestis caro, & carnis pellis, ut vidimus ex Job, nam. 14. In corruptibilitate quoque corporis, & aliæ dotes ab animæ gloria participat, quibus rutilabat corpus gloriosum, dicuntur etiam in Sacra pagina, velles. Hinc intelliges illud Genes. 37. 2. de Primis parentibus post lapsum: cognoverunt se esse nudos. Idem, corruptionis, & mortis obnoxios: igitur si de stola gratiæ loqueretur Moyses, non Nudos diceret, sed Nudatos. Voce vestium pluribus in locis exprimit Paulus corporis gloriosi dotes: maxime, 1. Cor. 15. 53. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptum, & mortale hoc induere immortalitatem. 4. Eldr. 2. 45. clarius: Hi sunt (dicitur) qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalam sumpservunt: modò coronantur & accipiunt palmam. Sufficiant igitur testimonia.

19 His cognitis Vestium acceptionibus, proclivè dilucidabitur celebre testimonium Doctoris nostri: nimirum, Si tamen vestiti, non nudi inveniamur. Anima quasi vestitur corpore, ut late diximus num. 12. & 14. spoliatur, dum homo moritur: veliitur denudò, dum corpori animæ, homine resurgente, reunitur: verum adhuc vocatur corpus nudum, modò non sit resurrectione gloriosum. Quapropter Paulus ibid. v. 2. ait: In hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de celo est, superindui cupientes. Q. d. Vellemus sine morte, quippe cunctis amara, transire ad gloriam, cò quòd nolimus spoliari, sed supervestiri: non spoliari corpore per mortem; sed superindui, aut supervestiri, vel sine morte in cælestia transferri, ut contingeret Adamo non peccante, uti ex Protoparentis persona canit Marius Victor lib. 2. Genes. v. 43.

Felix dum vita maneret

Et celeres animos visu super astra daretur

Posse sequi late circum perque omnia si sum;

Semper & ingesto visus splendore tegent. in

His oculis, ceu mentis erant arcana tuentes;

Quo dictu proprium est, vidi non posse videri.

Vellemus ita: nimirum non mori, quod est superindui dotibus gloriosi corporis emanantibus ab anima, donatà glorià, quin spoliaremur morte carnis, ut indueremur iterum resurrectione corporis: verum cum hoc impossibile sit, ingemiscimus gravati in hoc tabernaculo expectantes Salvatorem. In novissimo die cuncti asument corpus: omnes quippe morte spoliati velientur; sed non omnes supervelientur: idest, omnes habebunt corpus immortale; sed non omnes corpus cæleste: siquidem omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Mortui resurgunt incorrupti & nos immutabimur. Omnes velientur corpore, sed erunt damnati nudi, quoniam non supervelientur dotibus corporis, igitur solummodo lufus vestietur illis, ut ait Iobus 27. 17. Quapropter Paulus contendens sive abens sive præiens placere Deo, ut omnes ita faciant (cum oporteat manifestari quemlibet ante tribunal Christi, ut referat propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum) de iudicio differens ait: Si tamen vestiti, non nudi inveniamur: etenim quid quòd resurgamus, si in gloriam non resurgimus? Nihil refert, quòd simus vestiti, dum fumus nudi. Quid quòd habeamus corpus, si non gloriosum? Bonus ergo operibus studeamus, ut non simus nudi corpore cælesti, dum veliti corpore in resurrectione. Ita enim Syr. Nisi etiam postquam induti fuerimus, reperiamur nudi. Alij: Si tamen vestiti corpore, non nudi ab opere: quis verionibus claret sensus auctoritatis. Illud autem, quòd ab aliquibus: Vestiti fide, non nudi opere, tropologicum est, & ad Didascalias spectans.

Tom. II. Taut.

Dodd

Etiam

Lucreti Martial.

Quia Prius capulus

Vestis pro gratia & gloria.

Pro gloria corporis.

Genes.

1. Cor.

4. Eldr.

2. Cor. 5.

Transferretur Adamus in cælestia, ni peccaret.

Mar. Vict.

Quid est in homine vestiti, & sic perestit.

Iob.

Quomòdò homines in resurr. stodeant vestiti & nudi.

Vestire de
ni vel bene
fici.
 Ezech. 16.
 21.

Etiam Vestes per translationem exprimitur beneficiis. Ovidius lib. 13. Fab. 1. *Calessia dona indueret*, & in Scriptura, addita geminatione per Anaxim. aut Epitaphim, maxima dona: ut illud Domini apud Ezechielem: *Ornavi te ornamento*. Id est; maximopere ornavi, uti diximus Prolog. Galeat. §. 4. num. 5. & §. 5. num. 4. Q. d. Laus, speciosisque vestibus pro cultu, & ornatu, atque pro melleate heteromafchalibus, & amphimafchalibus, sumptu minimè pepercit. Omnia pro tui aestimatione cultiora, & selectiora. Hinc Interpretes apud Hays in *Bibl. Maxim.* legunt: *Vestiri te recamaturà, Serico extraxit, Acu veste pià, opere Phrygio*. Refert, quanta in Synagogam contulerit beneficiis (Quid ultra debuit facere?) & quam male collocata; igitur numquam fide fidei respondit; sed Sponsum ideo summis iniurijs affectit. Patet liberalitas Sponsum ex ipso contextu. *Eras nuda*, dicit inverecunda fluxu fidei, & *confusione plena*: nihilominus tamen pietate mea, licet introspectim cervicofam; *Lavi te aqua, unxi te oleo, & vestivi te discoloribus, & calceavi te ianthino* (scilicet pelle ianthini coloris: Hispan. *Color de violeta*). & *cinxi te bysso*, & indui te subtilibus, & ornavi te ornamento, & dedi armillam in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro & argento, & vestita es bysso & polymito & multicoloribus &c. Ecce enim totus mundus muliebris, quo nihil desiderabile desideratur, quippequam quasi Sponfam multiplici ornamento genere inferavit.

21. Huiusmodi ornatum ita elegantissimè describitur ab Isaia cap. 3. 18. *In die illa auferet Dominus ornamentum calcamentorum* (translationes Hispanice quæ Compilati servantur: *Trenas, Listas, Randas, Redes*. Modò dicimus: *Calcamenta oculata: Zapatos picados*) & *lunulas* (Diademas) & *torques* (Gargantillas) & *monilia* (Brazalete) & *armillas* (Manillas, Axorcas) & *mitras* (tocados con lentejaelas) & *discriminativa* (Peynes) & *perisfelides* (Ligas, Medias) & *murenulas* (Collares) & *olfatoriola* (Pommos de ambar, fusique) & *inaures* (Arracadas) & *annulos* (Sortijas) & *gemmas in fronte pendentes* (Pendientes) & *mutatoria* (Guantes) & *palliola* (Galla transparente) & *linteamina* (Lienzos blancos) & *acus* (Alfileres) vel acus crinales in quarum extremo refulcet gemma (Chilpas) & *specula* (Espejuelos) & *fundones* (Tohallas) & *vittas* (Flecos, cintas, listones) & *theristra* (Veletes) quæ quidem omnia non ornatus, sed amplior ornatus decor, vel cultus parerga. Hispan. *Cabos*. Quanta femininarum vanitas in nitore! Non exolevit, sed inolevit huiusmodi vel fatuitas vel amentia. Non fat ad minutias illustremodi patrimonialia. Mundus muliebris potius immandus.

Ovid.
Nec genus ornatus unum est, quod quamque decebit, Eligit, & speculum consulit ante suum.

Senec.
 Canit Ovidius lib. 3. de *Arte*. Quam aptè Seneca lib. 1. *Natur. quest.* cap. 17. *Pluris* (ait) *unum speculum femina constitit, quam antiquarum dos fuit illa, que publicè dabatur Imperatorum pauperum siliabus*. Adeoque omnia indiscreta sunt perverissimis artibus, ut quicquid mundus, muliebris vocabatur, sarcina viriles sint. Sub hac metaphora à Deo ingratitude objicitur Synagoge; igitur cum esset nuda & fordibus plena, elegit in Sponfam & ornavit ornamento: id est, dedit in commendationem decoris, quicquid illi opus à planta pedis usque ad verticem capitis.

22. Liqueat quid iacob optet. *Si Deus dederit mihi vestimentum ad induendum*. Ad induendum: sine pro actione, ut diximus num. 2. & 7. quem quidem stylum inventes apud Poetas & Oratores. Plantus in *Epidic.* Act. 2. Scen. 2. *Vestem vestitus*. Ovidius *Epist.* Cydippe: *Et vestes induit*. Donatus in *Prefat. Anaria*. Terentij: *Pallis palliati*. Quintilian. lib. 2. cap. 9. *Vestiuntur habitu*. Cicero tam lib. 2. de *Natur. Deor.* quam lib. 1. ad *Attic.* *Indutus veste*. Vincentius Chartarius in *Prefat. ad Deor. Imagin. sol.* 12. *Statuae ab artificibus interdum nuda, sæpius vestibus induta excollebantur*. Hæc apposui, ne hæreticè ganniant cum suo Prisciano. Pro huiusmodi locutionibus notum sit idiomæ Hebraicum, quo primò exponitur res, & deinde usus. Primò quid, & subinde ad quid. Ut pluribus testimonijs constat. Num. 20. 5. *Aqua ad bibendum*. Exod. 16. 15. *Panem ad vescendum*. Psalm. 77. 24. *Manna ad manducandum*. Jerem. 9. 1. *Fontem lacrymarum* & *plorabo*. Ita, aures ad audiendum & oculos ad videndum; quippe ipsa actio exponitur pro materia actionis, ut illud *Sacrificate sacrificium*, id est, victimam: *Vidi visionem*, id est, imaginem: *Audivi auditionem*, nempe, verbum: de quo egimus in Prolog. Galeat. §. 4. num. 10. Hinc sensus testimonijs claret. *Vestimentum ad induendum*: id est, ad ornatum, vel habitum. *Ornavi te ornamento*: scilicet, ornavi te veste, non utcumquè, sed decora; & splen-

& splendenti. *Vestem vestitus* nimirum, veste cultus. *Pallio palliatus* putà, pallio ornatus. Ideo quæ Græci pallijs, & Romani togis utebantur, olim *Comedias* dicebantur *Palliate* & *togate*, iuxta habitum, cultum, ac ornatum Romanum, vel Græcum. Etiam convivia, ut signat Suetonius in *Cesar.* cap. 48. *Convivatum assidue per provincias duobus triclinijs: uno quo sagati, palliative; altero, quo togati cum illustrioribus provinciarum discumberent*. Quapropter ad induendum, idem est, ac ad corpus tegendum, munendum, pro commoditate & usu protegendum; sicut *Aqua ad bibendum*, videlicet, ad extinguendam sitim: *Panis ad manducandum*, ad arcendam nempe famem. Unde vorum Iacob summa frugalitatis: vestem optat ad induendum, non ad decorem, lautitiam, & pompasam vanitatem, non ad oblectationem oculorum & invidiam spectantium; sed ad corporis honestatem, & munimen, quo sensu vestis dicitur quicquid protegit vel ornat, ut persifromata strata, peripetasmata mensas, aulae parietes, aurum lacunaria: quin etiam ad alta extenditur, ut cum Plinius lib. 1. *Epist.* 17. dicit: *Hortum mors vestit*. Id est, tegit, protegit, ornat, vel obumbrat. Astruitur ergo Tautologiae intelligentia, q. d. Iacob: Si Deus dederit mihi ad corpus induendum vestem, & panem ad victum, erit mihi Dominus in Deum.

23. Restat discutendum quid his ultimis verbis intenderit Iacob, igitur iuris erat ut Deum haberet in Deum. Caictanus ait: Creatorem omnium vover culturum in Iudicem, in distributorem bonorum & malorum, iungens, tanquam voti partem, decimarum dedicationem, & loco, ubi visio, venerationem specialem. Huic sententia hæret Pererius *disput.* 10. num. 6. r. e. d. non ex toto, & merito: additque Iacobum vovisse Deo singularem cultum. Similiter Abulenis, Alapide, Iacobus Bonfrerius & Leonardus Marius. Aliqui huiusmodi amorem vocant imperfectionem, & planè cordis verè diligentis notum. Neutri assentior novè, sed genuinè (ni fallor) expositione. Caret patrociniò, cæterum minimè nudabitur testimonio.

24. Novum non est tam in Sacris, quam in Profanis, quòd particula *Si* summat pro *Non*, *Neutiquam*, *Nequaquam* &c. Aliquid magnum Iacob Domino vover, & huiusmodi acceptione intellige quom magnum. *Si* non conditionem, sed animum firmum designat. Marc. 8. 12. *Quid generatio ista signum quarit? Amen dico vobis, si (non) habuerit generatio ista signum, non dabitur*. 1. Reg. 17. 55. interrogatus Abner à Saule de triumphatore iuvene, *De qua stirpe descendit hic adolescens?* dixit: *Vivit anima tus Rex, si novi. Si*, id est, *Non novi*. Psalm. 88. 36. *Semel iuravi in sancto meo, si (non) David mentiar.* Isai. 22. 14. *Revelatum est in auribus meis vox Domini exercituum: Si (non) dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus exercituum*. Jerem. 38. 16. *Vivit Dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero* (hoc est, non occidam, nec tradam) *te in manus virorum istorum, qui querunt animam tuam*. Malach. 1. 8. *Si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? Offer illud auci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam. Si*, putà, non placebit ei, nec suscipiet &c. & cap. 3. 10. *Super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli*. Id est, nequaquam aperiam. Psalm. 94. 11. *Ut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam*. Si pro *Neutiquam*, quod iteratur ad *Hebr.* 4. 3. Claret amplius acceptio, ubi eadem sententia diversis Bibliæ locis iteratur. 1. Reg. 14. 45. *Vivit Dominus si occiderit, capillus de capite eius in terram*. & 2. Reg. 14. 11. dicitur: *Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram*.

25. Apud Profanos invenies etiam & elegantissimè huiusmodi stylum, Horatius lib. 2. *Satyri* 3. v. 9.

At qui vultus erat multa & præclara minantis
Si (Non) vacuum tepido cepisset villula testis

Virgilius lib. 5. *Æneid.* v. 798. & Tragicus in *Octavia* Act. 4. v. 885.

Si (Non) concessa peto, si (Non) dant ea mœnia Parca,
Quo me trahitis, quodve tyrannus,
Aut exitium fortuna iubet?

Si (Non) mihi vitam fracta remittis
Tot iam nescitis evicta malis.

Si (Non) cede mea cumulare parat
Luctus nostros. Invidet etiam.

Plautus passim utitur huiusmodi phrasè; maxime in *Amphitruon.* Act. 2. Scen. 2. v. 164.

Si (Non) similem rem ipse in legem iussit esse Iupitor.

Denique Cornelius Tacitus *Histor.* lib. 1. cap. 83. ait: *Ita se ducum auctoritas sic rigor disci-*

Que comedia palliata, & togata? Es convivia? Sueton.

Votum Iacob summa frugalitatis

Plin.

Caict.

Quid est Deum in Deum habere?

Si pro Non sepe in Bibliis.

Etiam apud Profanos.

Horat.

Virgile.

Senecæ.

Plaut.

Tacita.

disciplina habet, et multa etiam centuriones tribunosque tantum iuberi expediat. Si (idell. Non) ubi iubeantur, quarere singulis liceat.

26 His ergo claret propositum. Iacobus quia cum lacte biberat fidem, agnoscebat Deitatem: verum nec umbram viderat ex his quae preparavit Deus diligentibus se. Modò visione facta, audita promissione divina, evigilans dixit: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Quam terribilis est locus iste! Non est hic aliud nisi domus Dei & porta caeli. Cognoscebat per fidem, & ex generali providentia Deum, handquaquam per aliquam speciem umbraticam malefacti & gloriae. Desideraverat, ut decenter degeret, nec divitias nec pauperatē: vestem scilicet, victum & incolumitatem in peregrinatione, quod quidem votum undecumque rationale; quippe gravia pati refugit natura, & carentia harum rerum omnino gravis. Ceterum visā similitudine gloriae votis se exiit caducis, & in altiora elevavit animam, praecognoscens non esse condignas huius temporis passiones ad futuram gloriam revelandam: unde ductus specie visionis dicit: Numquam iustus derelictus, nec semen eius querens panem: panem in victum operabam, vestem in corporis tegumentum, custodiam in vitam salutem, quae quidem impetrare conabar à Deo, qui dat omnibus affluenter: verum modò visis visis, quamvis Deus permittat in via plura pati, & etiam mori, quamvis concessa vitā non dederit mihi panem ad vescendum, neque vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum, qui indulget suos servos premi in terra crebris persecutionum ictibus, ut collocet in caelestibus

Visi celestium, paucis vel maxime abdicantur.

1. Cor. 4. 11. Hinc Paulus 1. Cor. 4. 11. Usque in hanc horam (ait) & esurimus & sitiimus, & nudī sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus :: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma usque ad huc. Nil interest, quod ita sit, modò servemur in gratia eius qui dilexit nos. Quid poterat dicere, qui quae viderat, viderat, elevatus usque ad tertium caelum? Poterat separare prius, uti fragiles homines, terrena sapientes (maximè eum, uti dicit Ethicus lib. 2. Hist. natur. cap. 7. invenit ipsa mortalitas Numen, quominus etiam plana esset de Deo concitatio.) mala ingruentia, tribulationi, angustia, fames, nuditas, periculum, persecutio, gladius: ceterum modò. Certus sum (inquit ad Rom. 8. 38.) quia neque mori, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque infantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit separare.

Plin.

Rom. Pauli amor quantal

Daniel: Amore in Deum lanquet amor vige. Hebr.

Votum insignē Iacob.

S. Ignatius mirè illustratus à Deo vel in initio conversionis.

Qui verè beatus? Horac.

27 Hinc Paulus 1. Cor. 4. 11. Usque in hanc horam (ait) & esurimus & sitiimus, & nudī sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus :: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma usque ad huc. Nil interest, quod ita sit, modò servemur in gratia eius qui dilexit nos. Quid poterat dicere, qui quae viderat, viderat, elevatus usque ad tertium caelum? Poterat separare prius, uti fragiles homines, terrena sapientes (maximè eum, uti dicit Ethicus lib. 2. Hist. natur. cap. 7. invenit ipsa mortalitas Numen, quominus etiam plana esset de Deo concitatio.) mala ingruentia, tribulationi, angustia, fames, nuditas, periculum, persecutio, gladius: ceterum modò. Certus sum (inquit ad Rom. 8. 38.) quia neque mori, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque infantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit separare.

28 Prosperitas mundana ab omnibus cupita; sed qui fide imbuti, vel in ipsis tribulationibus cogitant superiora. Itcirco tres pueri nolentes adorare statuam vel parulo ore fornacis, dixerunt Regi: Ecce Deus noster quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, o Rex, liberare. Quòd, si noluerit notum sit tibi Rex, quia Deus tuos non colimus. Ita Daniel. 3. 17. Haud de vita caduca satagimus; sequemur fidem, sive Deus quem colimus, liberet, sive non: igitur si noluerit, melius, licet nobis nescientibus, providebit. Explicat Paulus ad Hebr. 11. 36. Alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, scissi sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis, in pelibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terrae. Hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.

29 Iam didicerat Iacobus factā mirabili visione, altiora petere, & secretiora de eius ineffabili & infallibili providentia cogitare. Cognoscebat Iacob Deum fide, & etiam providentiā, qua cuncta dirigebat in hominis felicitatem; sed ignorabat carere humana felicitate, esse felicitatem maiorem, Deo pro nobis melius aliquid providente. Vidit insignem visionem, ac gradus quibus pervenitur ad beatitudinem: & quasi ex abrupto dixit: Semper persitiam in fide eius, quem à primoribus unguibus Deum credidi, licet mihi panem haud largiatur in escam, nec suppeditet vestem in nuditatem. Quadrat ad unguem quod Beatus Ignatius, donatus à Deo, vel in initio conversionis, illustrationibus miris, dicebat: Si Sacra littera non extarent, se tamen pro fide mori paratum, ex ijs solum, quae sibi Manifesta patefecerat Dominus.

30 Quid quòd dicant fide & illustrationibus insignes, dum cognoverunt vel Ethnici: Horatius lib. 4. Carmin. Od. 9. v. 45. canit: Non possidentem multa, vocaveris Rectè beatum: rectius occupat

Nomen beati, qui Deorum Muneribus sapienter uti, Duramque collet pauperem pati: Peiusque letho flagitium timet.

Magnæ divitiæ leta paupertas, ampliores verò, si voluntaria. Quis ignorat (ait Seneca de Vita beat. cap. 10.) plenissimos esse voluptatibus vestris sultissimos quoque: In primis insolentiam, & nimiam estimationem sui, tumoremque elatum super ceteros, & amorem rerum suarum caecam & improvidam; delicias fluentes, ex minimis ac puerilibus causis exultationem, iam dicitatem & superbiam contumelias gaudentem, desidiam, dissolutionemque animi indormientis sibi :: Tu voluptatem complecteris, ego compeeso. Tu voluptate frueris, ego utor. Tu illam summum bonam putas, ego nec bonum. Tu omnia voluptatis causa facis, ego nihil. Plinius lib. 1. Epist. 3. loquens de abstractione rerum feliciter dixit: Si te possidet, felix beatusque es: sin minus, unus è multis. Reliqua rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur, hoc nunquam te desinet esse. Pluribus superfedo, quippequam obvia studioso.

31 Haec satis pro voto insigni Iacob, ut amor eius notetur insignis. Hoc illius intentum, nequaquam caducum commodum: patet ex eo quòd tot devoraverit erumnas perpetiendò crebras penas. In Vestionibus ferè cuncta synonyma. Si Deus dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum. Persic. Rabb. Ionath. & alij: Vestem in tegumentum, in indumentum, ad vestiendum &c. Studeamus ergo in Didasc. ut induamur virtute ex alto.

Magnæ divitiæ leta paupertas, maxime si voluntaria. Senec. Voluptas mundi nonumfuit in sultibus. Abstratio à caducis vera felicitas. Plin. Versio neta.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

- 1. Vestimentum ad induendum: vestis inclyta fides, verum non vestis sine veste operationis.
2. Vestimentum ad induendum: sefo induit quisque quo pauperem vestit.
3. Vestimentum ad induendum: quippe non induit vestimentum, si non proprium.
4. Vestimentum ad induendum: quoniam affectio in sententijs denudatur, ubi iustitiae velle, ne pateat, magis induitur.
5. Vestimentum ad induendum: etenim de-

- tractor non habet ut signet occulta bona; sed ut clarescant vulnera.
6. Vestimentum ad induendum: siquidem tunc vestis decore induitur, dum induitur & ad gratiam & ad gloriam.
7. Vestimentum ad induendum. Amplior vestimenti amoris rutilat speciositas, si appareat nuditas.
8. Vestimentum ad induendum. Homines vestiuntur in carnis auctoritatem: Martires verò nudantur in splendorem.

DIDASCALIA PRIMA.

Parùm refert vestitus fidei sine vestitu operis:

Gregor. Magn. Match. 22. 12.

Genes. 28. 20. Vestis fidei dumtaxat, nō est vestis.

Ovven.

In Nō Gregorius Magn. Homil. 38. in Evang. Hinc detruditur in tenebras, qui habebat vestem, & non habebat nuptialem. Vestis est fides, operatio cum fide vestis nuptialis: & quasi nudus plectitur, dum fide ornatus dumtaxat inventur; quippe licet haberet fidem, nullam in fide habebat operationem. Vestimentum ad induendum optat Iacob. Ad quid ergo vestimentum? Non induantur qui tantum ornantur fide: peiusque Iacobus vestimentum ad induendum, ut habeat vestem: igitur nullam habebit, nisi cum fide habuerit operationem. Canit Ovvenus lib. 3. Epigram. 11. Nil sensus ratione carens, ratio fidei expertis, Nil sine amore fides, nil amor absque Deo. 2 Si tamen vestiti non nudī inveniamur: ait Paulus, cum nos oporteat praesentes esse ante tribunal Christi. Huiusmodi periodus potius quam sententia, videtur ænigma. Quis namque si veste ornatus, potest inveniri nudus? Erit & non erit vestis, ubi cum illa pudet nudicari. Non erit, quia nudus; & erit, quia vestitus. Qua ergo lege homo veste decorus, & simul nudus? Si habuerit fidem, & fidei respondentem abderit operationem. Ut vestis fidei vestis sit, indiget alia veste, quae quidem opus, ne appareat homo cum indumento nudus: & dicit Paulus, Vestiti & non nudī, ut cum fide dara nequaquam vacemus ab operatione: igitur nullo modo nanciscemur optabilem felicitatem, dumtaxat per nudam fidem.

2. Cor. 5. 3. Sed cum veste operationis. Non abinetur gloria fidei nuda.

Ope.